
Temporis instantis qualitas tragoedum me potius quam historiographum
quereret, nisi pararet dominus in conspectu meo mensam adversus eos qui
tribulant me. Explicare enim non possum quot per [illegible] profectus inco-
moditatibus quatiar. Iuvatque hominem exteriorem potius lugere quam
scribere. Interior vero apostolicis confirmatus institutis in huiusmodi tri-
bulationibus gratatur, sciens quia tribulatio patientiam operatur, pa-
tientia autem probationem, probatio vero spem. Spes autem non confundit,
quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Laetetur
itaque interiori exterior suaque infortunia non solum non abhorreat, verum
in his potius [illegible]. dumque scribendi operam dans fortunae rota elevari hos,
illos deprimi dixerit, presentem incommoditatem minus sentiat. Eiusque muta-
bilitati congaudens deteriora [illegible]. nec mors dum membrorum debili-
tatio lenta cedat tam non metuat, sed fortunata semper expectet. Instantia
enim [illegible] salutem quae deest adferet. Infortunatum [illegible] ex-
pellet. Scribat itaque et superioribus ut ab his quae secuntur adiungat.
Rege Hugone provinciae in partibus defuncto Berengarii nomen celebre apud
nonnullas praesertim apud grecas extitit nationes. Is enim Italicis omnibus prin-

Pl. 17: Munich, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 6388, fol. 83v